



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De
Contractibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDCCXXXIII.

VD18 90392159

Sed an tenetur ad restitutionem, qui in defensione vitæ alterum occidit,
vel mutilavit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40993

aliàs fatuè faceret exponendo se morti corporis, & animæ; cùm sibi per mortem præludatur via pœnitentiæ. ait S. Antonin. p. 2. tit. 1. cap. 3.

Sed an tenetur ad restitutionem, qui in defensione vitæ alterum occidit, vel mutilavit?

Resp. Non tenetur, si id fecit cum debitâ moderatione; quia nullam intulit injuriam, Sed qui justæ defensionis modum excedit occidendo, cùm potuisset aliter vitam tueri, v. g. fugiendo, cùm id posset saltem sine gravi ignominia, vel armis spoliando, aut saltem non lethaliter vulnerando, tenetur omnia damna compensare; quia illa occisio fuit injusta, utpote non necessaria ad vitæ defensionem: nam privatus nullum habet jus, nisi ut vitam tueatur per medium ad hoc necessarium; & quisque jus habet, ut non occidatur ab alio auctoritate privata, nisi ob necessariam vitæ defensionem. Ergo talis est causa injusta mortis, & damnorum inde secutorum. Ita Azor, Sanchez, & alii, estque communior sententia.

Q. 7. An licet occidere accusatorem, & falsos testes, qui vitam injustè oppugnant?

Resp. Neg. Quia 1. qui falsum testimonium dicit in judicio, non censetur aggressor vitæ, sed committit injustitiam, quæ ex se puniri potest, & aliâ viâ repelli: nam non propria auctoritate, sed per judicem, & servato ordine juris